

August Varenius Enoch Svantenius

**Ha-yonah nireh al rosh ha-mashia be-Yarden sive De Columba, Super Capite Christi In Jordano Visa : ex Matth. c. III. vers. 16. Disputatio Philologico-Theologica**

[Rostock]: Kilius, 1671

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn772390568>

Druck Freier  Zugang





RU theol. 15.Juli 1671

Varenius, Aug./6















הזנדה נראה על ראש  
המשיח בירדן  
five  
De

XVIII.

COLUMBA,

30

SUPER CAPITE CHRISTI IN  
JORDANE VISA <sup>39</sup>

ex Matth. c. III. vers. 16.

Marc: 1. 10. Luc: 3. 22

Jos: 1. 32.

Disputatio Philologico-Theologica

Quam

בעוררת נשמרה שדי אשר רוח הקדש

Consentiente Reverendo Theologorum Collegio.

Sub PRÆSIDIO

VIRI Maxime Reverendi atq; Excellentissimi

D. N. AUGUSTI  
VARENIID.

& Professoris Theologi celebratissimi,

Sereniss. Ducum Mecklenb. Consistorii

Assessoris Spectatissimi,

DNI. PATRONI, FAUTORIS ac PRÆCEPTORIS

suisummè VENERANDI

Ad d. XV. Julii in AUDITORIO MAJORI

placidæ Eruditorum συζητησε exhibit

ENOCHUS SVANTENIUS, <sup>un.</sup>

Rostochiensis AUTOR.

1671

Typis JOHANNIS KILII, Universitatis Typogr. Anno 1671.



COLUMBA  
SUPER CAPITIS CHRISTI IN  
JORDANE VISA  
Disputatio Philologica - Theologica  
Consensu Reverendi Theologorum Collegii  
Sub PRESIDIO  
D. N. AUGUSTI  
VARESI  
& Professoris Theologiae  
Sacerdotis, Ducum Mecklenburg. Consistorii  
DILECTIONE PATRONI ac RECEPTORIS  
JOHANNIS VERNERII  
ANNO MDCCLXXIII  
BNOCHUS SVANTENIUS  
Rostochiensis AUCTOR

Universitäts-  
Bibliothek  
Rostock





כְּסִימָנָה טַבְנָה



Andificatio, sine qua nemo *τελομέγιστον* visurus est Deum, quamq; impensè sectandam ipsemet *ἀγίασμα ἑργολάμπτης* Sanctissimus urget Spiritus Heb. 12. vers. 14.; idipsum est negotium, cui instanti in primis tempore omnes nostræ curæ, omnes cogitationes *πρόφρονι θυμῷ* piè devovendæ veniunt. Placuit ergò & nobis talem tempori accommodare materiam, philologico sc. Theologicam, quæ & Signum nobis exhibeat, *הַיְוֹנָה* COLUMBAM in Jordane visam, & ipsum quoque Signatum; Sanctum, videlicet Spiritum. Cum verò hæc ipsa sancta non minus ac ardua nimium excresceret materia: allubuit tribus eam distinctiùs proponere diatribis; ita quidem, ut prima

*אֵן שְׁבִיעֵי אֱלֹהִים* hac saltem vice *ἀκροθίγως καὶ ὡς ἐν πρώτῳ*

ipsum sibi elaborandum sumat Symbolum s. signum COLUMBAM; Secunda *יְעוֹר הַשֵּׁן הַטָּבֵחַ* signatum per hoc Signum; sacro sanctum adorandi Spiritus Numen: Tertia, ceu colophonem huic materiæ impositura, de signati effectû (*ἐν ἀέσειος λόγῳ* ac certo respectu) Regeneratis per Spiritum Sanctum ceu pulvis columbarum, *לְפִי עֲנִיּוֹת רַעֲתֵי*, non nihil commentetur.



Quod verò ut felicìus procedat negotium: Adesto Sancte Spiritus, paraclesin tuam expectantibus illabere cœlitus! igne tuo tenebricosæ rationi lucem infunde, suscita animum nostrum, ut dignus sit divinæ tuæ flammæ concipiendæ formes; Sequemur lubentissimè, quâ faces tuæ fulgidissimæ viam nobis monstraverint; sanctissimum tuum ignem devotis cordibus reverenter suscepturi.

בסעריא רשמי

**C**um imminentem præcedens Lucifer Solem Baptista, argenteas Jordanis aquas, tenebrisq; circumfusam Judæam luce novâ illustraret, propioremq; optatissimi Solis nunciaret adventum; en ipse clarissimus Vitæ Sol, *ὡνα πολλή ἐξ ὕψους*, in quo salus recumbebat totius orbis, è Nazareth, ubi eatenus veluti sub undis delituerat, nitidissimum caput paululum effert, Jordanem venit, ibidemque fulgidissimis splendere incipit radiis. Ecqui enim splendiores esse possunt radii iis, quæ ibi conspiciuntur, miraculis? Mergitur undis Æternum Patris Verbum, ut gurgitum tractus cunctorumque fontium venas suo corpore in salutaris lavacri sacramentum dediceret, *ut suâ purificatione undas purificaret*, ceu eximiè loquitur D. Nazianzenus *orat. 34*. Obserati hactenus cœli fores panduntur, non quod ipsi cœlestes diffunderentur orbis, sed quod in aëre atque nubibus hujusmodi appareret hiatus, quemadmodum in vulgaribus fieri assœlet fulgetris, ut ipsum aperiri cœlum ac findi videatur, Status *l. 1. Thebaid. Abrupta tremiscunt Fulgura, & attritus subitâ face rumpitur aer* (conf. Svarez 3. p. 9. 39. art. 5. & Aristot. *in Meteoris*.) COLUMBA admirando volatu in verticem Christi cœlitus delabitur: Vox admirabilis *μεγάλη ὡς πάλπιγγος* Apoc. 1. 10. insonat: *ἄπὸς ἐστὶν ὁ υἱὸς τοῦ ἀγαπῶντος, ἐν ᾧ ἔσδοκῆσαι!* qua ipsâ manifeste alluditur ad locum insignem *Esa. 42. 1.* *עברי אתמך כו בחירי רצתה נפשי*: *Ecce servus meus!* in-

uissar



nitar ei : *Electus meus*, (in quo) *benè complacitum est anima meæ*,  
 ita nimirum, ut amor meus ab ipso & propter ipsum in alios  
 etiam diffundatur, utpote, per quem mihi *placere* poterunt alii,  
 & ego aliis *placari*. Quid sibi ista COLUMBÆ voluerit apparitio,  
*an, cur, & quomodo* adorandum Sancti Spiritus demonstrârit Nu-  
 men, variè quidem abs variis non infimi subsellii Viris disquiritur:  
 ut probabilior constaret ratio, cum juxta tritum illud Ebræorum:  
 מתוך הויכוח יתברר האמר *Disputando & disceptando elicetur*  
*veritas*, præsentem lubuit suscipere Dissertationem. Ab ipso au-  
 tem capite, & quod ait Aristophanes, *δὲ τῶν βαλβίδων* rem hanc-  
 ce orfuri, ipsa authentici Textus verba, prout in Matth. c. 3. vers.  
 16. extant, cum nonnullis Versionibus huc apponere, nec incon-  
 gruum nec abs re fore arbitramur.

Καὶ βαπτισθεὶς ὁ ἰησοῦς ἀνέβη εὐθὺς δὲ τὸ ὕδατος καὶ ἰδὲ ἀνεώχθησαν  
 αὐτῷ οἱ ἄγγελοι, καὶ εἶδε τὸ πνεῦμα ἅγιον καταβαῖνον ὡσεὶ περιστερῆν, καὶ  
 ἐρχόμενον ἐπ' αὐτόν.

Verſio Syriaca ex Opere Anglicano  
 πολυγλώττω.

ܘܢܝܢܘܢ ܘܢܝܢܘܢ ܘܢܝܢܘܢ ܘܢܝܢܘܢ ܘܢܝܢܘܢ  
 ܘܢܝܢܘܢ ܘܢܝܢܘܢ ܘܢܝܢܘܢ ܘܢܝܢܘܢ ܘܢܝܢܘܢ  
 ܘܢܝܢܘܢ ܘܢܝܢܘܢ ܘܢܝܢܘܢ ܘܢܝܢܘܢ ܘܢܝܢܘܢ  
 ܘܢܝܢܘܢ ܘܢܝܢܘܢ ܘܢܝܢܘܢ ܘܢܝܢܘܢ ܘܢܝܢܘܢ



فيا أعتد يسوع صعد للوقت  
من الماء فانفتحت له السموات  
ورأي روح الله نازلا كمثل  
حمامة وجايبا إليه

Nonnus vertit: *Testimonium dixit, quod vidisset descendentem ex aethereis finibus Spiritum DEI, alarum prudenti plausu & vibratione delatum, ad expressam imitationem COLUMBÆ, donec super ipsum venit & ibi manebat.*

§. 1. Priusquam, quæ de ipsâ Columbæ apparitione Sacræ historiæ Scriptor tradidit, explanemus; non inutilis erit operæ, Autorum adducere sententias de loco Jordanis restricto, ubi scilicet istud contrigerit baptismi Servatoris prodigium: Neque enim idem ac constans omnium de hoc est iudicium. *Adrichomius in suo Terra Sanctæ Theatro* locum in Tribu Benjamin non procul à mari mortuo signat: *Hic, inquit, Christus baptizatus est; qui locus ruinoso edificio nunc insignis est; atque ibidem peregrini in memoriam baptismi Filii DEI sese ablucere solent, cum oratione ad DEUM; ut pro suâ ille misericordiâ, & Christi meritis peccatorum sordes abluat &c.* Quem *Ethiopicus* haut inusitatum quoque morem egregiè describit *Magnus Scaliger l. 7. de emend. temp. tit. de computo Ethiopum; Quotannis, inquit, die epiphaniarum omnes in piscinis sese immergunt, memoriam baptismi Christi eo facto se instaurare dicentes.* *Cl. Bocharus part. 1. phaleg. c. 7. §. 30.* opinatur baptismi locum distare duabus Gallorum leucis Jerichunte: *Ex Jericho, ait, duabus leucis extat capella D. Bapti-*  
ste



ita dicata, ubi creditur Salvator fuisse baptizatus &c. Eodem loco ipse fatetur, nonnullos fuisse arbitratos Dominum baptizatum esse juxta Salim; sed Ecclesiae solennitatem opinioni repugnare.

§. 2. Venerabilis Beda l. de locis sanctis c. 14. locum baptismi hunc in modum describit: *In loco, in quo Dominus est baptizatus, crux lignea est usque ad collum alta; qua aliquoties aqua transcendente absconditur. A quo loco ripa ulteriori. e. Orientalis jactu funda est; Superior verò ripa, in supercilio monticuli grande monasterium gestat, B. Job. Baptista Ecclesia clarum; de quo per pontem arcubus suffultum solent ascendere ad illam crucem adorare. In extremà fluminis parte quadrata Ecclesia quatuor lapideis canis superposita est, coctili cretà desuper recta, ubi vestimenta Domini, cum baptizaretur, servata esse dicuntur &c. D. Gregorius Turonensis clarius delineaturus dictum baptismatis locum, in l. de gloria Martyrum c. 17. ita commentatur: *Habetur in Jordane locus, in quo Dominus baptizatus est. In uno enim refluxu aqua ipsa revolvitur, in qua nunc leprosi mundantur: cum enim advenerint, sapius lavantur flumine, donec ab infirmitate purgentur &c. Ipse quoque Jordanis ab eo loco, in quinto milliari mari commixtus mortuo nomen amittit.* Buntingius in Itinerario N. Test. p. 9. Christum baptismate donatum abs Johanne arbitratur Bethabarae haut procul à Jordane, eo quidem loco, ubi Josua sicco pede unà cum populo Israelitico transierit Jos. 4. & 5. Quas *νεβουρ* & *βουαρ* Virorum sententias adduxisse sufficiat; De Bethabara, cum praesentis non sit instituti, conferat *Φιλοπαύης* Lector celebratissimi nominis philologos, Ludovicum de Dieu, Scultetum, Capellum, Walæum, egregiè de eodem commentantes.*

§. 3. Succedit jam ipsam princeps instituti *νεβόμενον* de praesentia sc. adorandi Sancti Spiritus, canae apparentis speciei columbae, circa quod expediendum sequentes praecipue occurrunt quaestiones: Cur nimirum sub tali & non alio signo apparere voluerit Sanctus Spiritus? Quomodo id factum fuerit?


Chr



Cur nunc columbinâ, pentecostali verò tempore igneâ se stiterit specie? tum denique quid iste columbæ in verticem Messix significarit volatus? Equidem spatiosior aperitur disse-  
rendi campus, quem nos brevioribus tamen lineis dimetic-  
mur.

§. 4. De COLUMBIS (ut hæc אורח־אגב אִשׁ עַן פִּא-  
גֹּדֶף tangamus), multa memoratu digna referuntur ab Histo-  
ricis. Naturalis scriptores scientiæ firmiter autumant, cum ni-  
hil iis sit foecundius, nihil tamen & iis esse castius, nihil simpli-  
cius. *Prima columbis nota pudicitia*, inquit Plinius, & *neurri no-  
ta adulteria*. Conjugii fidem non violant, communemque  
servant domum; nisi cœlebs aut vidua nidum non relinquit.  
Ælianus refert, si impudico fortè amore captum hoc animal  
alienam persequatur Venerem, ipsum circumfœderi ab aliis,  
ac marem quidem a maribus dilacerari, feminam à feminis di-  
sperdi.

§. 5. In authenticis divini verbi Tabulis Columba ap-  
pellatur יִבְרִיָא a verbo יָבַר quod est opprimere, populari, de-  
prædari, vel quod sata populetur, vel quod prædæ infensissi-  
morum accipitrum sit obnoxia. Chaldaicè dicitur יִבְרִיָא Sy-

riacè יִבְרִיָא, Arabicè  LXX vertunt

אֵשׁ־עֵשׂוּ, vel à valido ac laborioso volatu, πῆμασιν εἰρήνης, quasi  
πῆμασιν; quæ etiam causa, cur Israelitæ assimilentur columbis.  
(V. Berach. 49. Jalkut. Pf. 55. 7. quare כִּי־יָבַר dicat Psalter?)  
omnes scilicet aves, cum defatigatæ sunt, in petra vel arbore,  
aliquâ subterfugium præbente residere solent, ac ita capiuntur;  
columba verò indefesso fermè victa volatu, unam alam  
claudit, alterâ verò volitat, sicque capi nullâ arte potest: vel  
ab amoris effectu, אֵשׁ־אִשׁ עֵשׂוּ quasi אֵשׁ־עֵשׂוּ, cum sit avis *περὶ  
πάτην ἡ συνστοίαν* & frequentius in anno sætus excludat, quam  
aliæ



aliæ aves. Amor subolis utrique est æqualis. Intrat sapi-  
uscule femina ad pullos, cui parturienti solatia & ministe-  
ria offeruntur sedulo à mare: Hinc Silius l. 4.

Dilectas Veneri, *notasq; ab amore* Diones.

§. 6. R. Azarias in עֵינֵי מֶרַח 89. 2. scribit ex Dio-  
doro Siculo de Semiramide, quod aves cœlorum, cum  
circa Syriæ stagnum infans exposita esset, cibum ei attule-  
rint, (Conf. Theatr. Zvvingeri p. 1431. & 1441.), præsertim  
verò pulli columbarum, & hac de causâ symbolum ejus  
fuisse COLUMBAM, quod Assyriorum Babyloniorumque  
perpetuò deinceps manserit insigne. Quæ fors istius non-  
nullorum erroris causa, quod cum Semiramidi tribuere-  
tur COLUMBA, veræ aut inscii aut negligentes rationis,  
Semiramidis nomen Syris sive Babyloniiis columbam monta-  
nam denotare voluerint; Ita enim Hesychius:

Σεμίραμις, ὠδισσέει ὄρεϊ ἐκ ηῆσι.

eujus tamen interpretationem ceu incertis imò planè fallis  
suffultam talis meritò rejicit Magnus Scaliger in Eusebianis.  
Quæ nostram vindicant sententiam Scripturæ loca Jerem.  
25. vers. 38. & c. 46. vers. 16. malè à nonnullis pervertuntur,  
tò עֵינֵי מֶרַח ideò vertentibus *columbam*, quasi de Babyloniiis  
sub Numinis eorundem vocabulo, ut non insolens Scri-  
pturæ mos est, ibi ageretur. Quæ de Semiramide ad hanc  
Deam spectantia effutiuntur apud C. Jul. Hyginum polyhi-  
stora *poetic. astronomia* l. II. fab. 197. Athenagoram *in Apologiâ*  
phurnutum *de Naturâ Deorum*, Ovidium *Metam.* l. IV. (Tzet-  
zem: *Chiliad.* 9. c. 275. præter historiarum sarcinatores li-  
benter præterimus), nullâ ulteriori indigent discussione;  
cum jamdudum inanes istæ paleæ excussæ sint à Clarissimo  
Philologo Seldeno eleganti *libello de Dīs Syris* p. 174. Lilius  
Gregorius Gyraldus excipit quidem *Historia deorum Syntagm.*  
1. p. 99. columbas Assirios coluisse: sed si ab ovo, quod dici-

B

tur,



tur, res sive altius aliquantò repetatur, facili negotio hoc ipsum destruitur ἀντίπικρον. Legem Semiramis tulerat Assiriis, ut se ceu Deam sub columbâ colerent, nullâ habitâ sive veri Numinis sive gentilium Deorum ratione; probè autem variis affecta cladibus, variis divexata adversitatibus, ab isthac insanîâ destitit, mortalem se magno cum resipiscantis animi prolubio agnoscens, uti egregiè suffragatur Lucianus p. 918. de statuâ Semiramidis.

§. 7. In eximio fuisse antiquitùs COLUMBAS pretio, inque summo penè honore testis est historia; conf. Luciani Deam Syriam, Diodorum Siculum, præcipuè Aristotelem l. 5. hist. anim. c. 13. & Plinium l. 10. c. 37. Varronem l. 3. de re rusticâ c. 7. & Sigonium l. 14. regn. Ital. Sacras autem in primis Veneri fuisse vel ii nôrunt qui nondum ære lavantur: Eam curru fuisse vectam columbis tracto in Sexto refert Apulejus; Ejusdem quomodo ministræ fuerint habitæ, illa optimè declarat historia, de columbis circa Erycem Siciliæ montem volitantibus, diebus quidem, quas incolæ Ἀναγώρας & καργάριαι nominabant apud Athenæum l. IX. cujus & XI lib: consulendus de Columbibus ad Jovem ambrosiam ferre solitis, ob quam fabulam reprehenditur Homerus à Dionysio περὶ ὄψης uti nugax nimis. Eam scribit Homerus odyss. μ. & πελείας τετηρῶνας vocat, quas memorat columbas. At plerique Veterum non tam columbas, quàm pelejadas sive plejadas 7. intelligi volunt, uti multis hisque vetustis exemplis Alexandro Regi monstravit olim Chiron Amphipolites, quæ fufius Φιλομαθῆ Lectori recensere celebris Scriptor Eustathius. Architas quoque Tarentinus egregium aliquod populo exhibiturus Mathematicæ scientiæ specimen, columbam præparabat ligneam, ponderibus atque aurâ intus inclusâ ita libratam, ut aerem semel sortita continuo volatu per ipsum inane ageretur, perpetuo agenda, nisi solidum aliquod



aliquod corpus offendisset. Videatur Sabellicus *l. 10. c. 8.*  
& A. Gellius.

§. 8. Ut prolixam nunc non injiciamus mentionem columbarum Internunciarum, quæ uti antiquitus Romanis, imprimis Decimo Bruto in obsidione Mutinensi, cujus exemplum refert Plinius *l. 10. c. 24.* & ex illo Ravisius; Ita adhuc quam maximè familiares sunt Orientalibus: ceu & jam tum olim fuisse præcipuè Syris ac palæstinis è Tibullo *l. 1. eleg. 7.* colligere licebit ita vaticinantis:

*Quid referam? ut volitet crebras intacta per urbes  
Alba Palæstino sancta COLUMBA Syro.*

conferantur modo, quæ de geminis COLUMBIS Fatidicis è Syriâ Dodonam evolantibus, quæ *palæstina* sunt appellatæ, memoriæ prodidit Lilius Gregorius Gyraldus *Hist. Deorum Synt. VI p. 291.* & Joh. Guilielmus Struckius in *Palæstinorum Sidoriorum &c. Historiâ.* Ælianus *l. 9. de variâ historiâ:* Taurosthenem, scribit, columbâ suis pullis madidis adhuc & involucris abstractam secum deportasse: cumque vicisset, purpurâ amictam eam remisisse: eamque summâ cum festinatione ad pullos properantem ex Pisâ eodem die in Æginam advolasse. Samaritani in suo Chronico, (ut nobis auctor est Magnus Scaliger *ad Manilii l. V.*), Josuæ Duci administram tribuunt columbâ: sed divinitus ut ipsi ajunt, non autem humanis mysteriis edoctam. Hac quoque de causâ impostor celebris Mahometh COLUMBAM condocesecit & assvesecit, ut ad suam advolaret aurem, ponendo in aure grana, quæ colligeret & comederet COLUMBA, hæc ratione occæcato populo callidè persuadens familiarem sibi Sanctum Spiritum, suam suggerere legem, suum dictare Alcoranum, imo secretissima Dei revelare consilia. Idem effecit, ut COLUMBA scedam ad se afferret, in quâ aureis literis scriptum erat: *Quicumque taurum domuerit, Rex esto!*



Ipse autem taurum, quem antea nutriverat, facilè edomans  
 ab inspidâ plebe Rex salutatur, uti referunt Autores vitæ  
 Mahometis. Ex Glosâ Talmudicâ Joh. Drufius *observat.*  
*XIII. c. 24. Samaritanus*, inquit, *circumcidit* לשם דמות יונה  
 i. e. *in Nomine imaginis columbam referentis, quam inventam*  
*in vertice montis Garizim certo quodam ritu colunt.* COLUM-  
 BAS quod attinet internuncias, erudiebantur illæ moscho  
 rostris illitæ, (sunt enim moschi appetentissimæ) ut ad missa  
 comitatiores redirent; sicut in obsidione Mutinensi olim,  
 & citeriori ævo, COLUMBÆ testes erunt; memorant enim  
 & nostri ævi homines, COLUMBAS in obsidione Leidensi  
 Anno 1574. obsessis civibus vicem tabellariorum ad Del-  
 phenses præstitisse, ad cujus rei memoriam exuvias CO-  
 LUMBÆ in curia diu referunt asservatas. Dietericus *Anti-*  
*quitatum Biblicarum part. 3. p. 55. Cl. Constant. L'Empereur*  
*in בנת קמנ s. de Legibus Ebraorum forensibus lib. singula-*  
*ri p. 183.* In ipso quoque Jure Judaico, inter illos, qui testi-  
 um vices sustinere nequeunt, referuntur מפרחי יונת qui  
 columbas assvescunt ad volatum, utpote quoniam  
 לא מהעסקים בישובו של עולם non incumbunt rebus,  
 quæ ad firmitudinem seculi, i. e. quæ bonum publicum seu vi-  
 tæ humanæ commodum spectant. Gemara Babylonica; Qui  
 columbas, inquit, volare faciebant, fuere qui מרגזין אותן  
 זה על זה excitant eas ad certamen mutuum. Con-  
 sulatur Cl. Seldenus *de Ritibus ac consuetud. vet. Ebraorum*, ce-  
 leberr. Scaliger *annotat. l. 5. ad illa Manilii verba: Volucres ad*  
*justa paratas.* Cl. Casaubonus *in Athen. l. 9. c. 11. Xenophon*  
*l. 1. expeditionis Cyri, & Frontinus l. 3. c. 13. prolixius de Co-*  
*lumbis Internunciis differentes. Celebris præterea in Mishnâ*  
*Talmud. & alibi mentio דררסיות יוני de quibus, quales*  
 COLUMBÆ fuerint, à Commentatoribus anquistum.  
 Raschi (quem פרשנתה s. *Interpretens Legis secundum ex-*  
 cellen-



cellentiam vocant Rabbini) exposuit שדרכן לגדל עם בני אדם  
*s. per columbas domesticas, qua educari solent cum hominibus.*  
 At rectius Rambam & Barrenora dictas COLUMBAS  
 הררסיותו statuunt שם הורודוס על א' nomine Herodis, qui-  
 bus ad stipulatur in Gemará R. Chii, ubi & memoratur,  
 quod edocta fuerint acclamare Herodi קירי קירי h. e. Κύριε  
 Κύριε, Domine Domine: addunt fabellam: unam illarum ali-  
 quando pro קירי קירי exclamavisse כירי קירי Dominus est  
 servus, & hac de causâ, fuisse jugulatam. Sanè ab Herode  
 adductas COLUMBAS, easdemque peculiariter educatas & edo-  
 ctas, qua ab Herode denominata sunt הררסיותו Herodiana, nec  
 Baal Aruch tacuit, ut hallucinatus vehementer in expositio-  
 ne Herodianorum illorum, quorum mentio Matth. XXII. 16.  
 Drusius fuerit, & tum sibi, tum aliis Clarissimis Viris, qui-  
 bus, ut tales μεταλογίας transcriberent, inque suis super  
 N. T. commentariis commendarent, imposuerit, scilicet  
 pro יוני (quomodo legendum erat) vel pro יוני legens  
 יוני vel יוני, ex COLUMBIS Herodis ingenti transubstanti-  
 atione fecit Gracos, quales fuerint illi Herodiani, qui tum  
 honori Herodis peculiari solennitate natali, ipsaque reli-  
 gione falsâ militaverint, tum inter Fidei dogmata posue-  
 rint: HERODEM esse illum MESSIAM. Quod totum in-  
 terpretamentum ex pravâ Textus Talmudici non punctati  
 lectione ortum sic abit in fumos. Nihil ibi de Hominibus  
 gente & Linguâ Græcis: sed de COLUMBIS Herodianis, nihil  
 de יוני: sed de יוני.

§. 9. Sed ne ἐκπὲς τῆ ἐλατῶν φέρεσθαι videamur, in viam  
 revertamur, à quâ longiusculè præter opinionem aberravi-  
 mus, ostensuri: An & cur Sanctissimus Spiritus sub tali sim-  
 plicis COLUMBÆ, & non alio apparere voluerit signaculo? Cer-  
 tum & ἀναμφισβητήτως receptum ipsum apparitionis asser-  
 tum neminem inficias iturum confidimus, cum ipsis sacris



Scriptoribus testibus, omni frivola Socinianorum exceptio-  
ne longè majoribus, clarius sit.

*Quam Solis radii esse olim, cum sudum est, solent.*

idque in tam manifestâ luce positum ulterius probare sara-  
genti meritò objiceretur illud è Talm. חורין sol. 60. שרגי  
נחני כטרה נא אהני *Lucerna in meridie quid prodest?* De cau-  
sis autem talis quidem apparitionis non omnes convenire  
tam patres quàm Theologos extra controversiæ aleam est.  
Potior pars elegantes admodum in mgdium profert ratio-  
nes: Apparere videlicet voluisse venerandum *αγία πνεύμα-  
τος* Numen, ut sua *χαρισματα* donaque septemplexia eò  
melius demonstrandi ansam haberet, cum conspicuum eo-  
rundem COLUMBA exhibeat emblema; noti enim sunt de  
COLUMBIS versiculi:

*Est sine felle, gemit, rostro non lædit, & ungues*

*Possidet innocuos, granag, pura legit.*

*Gaudet aquis, queritque greges, celeriq, volatu*

*Tuta petit, fœtus educat alterius:*

*Masculus ipse fovet fœtus, ac incubat ovis,*

*Conjugii servant fœdera casta simul.*

§. 10. COLUMBA quidem ceu trepidum animal  
rapaces infensi accipitris ungues effugitura, fluentis luben-  
ter affidet: Regeniti quoque dono *Sapientie* à Sancto Spi-  
ritu concessio *מקור מים חיים* *vivarum* amant *fontem*  
*aquarum*, Sacram Scripturam, istâ ceu tutissimo clypeo obli-  
quatos & flexuosos Dæmonis incursum nullo negotio decli-  
nantes. Meliora quoque tritici COLUMBA seligit gra-  
na, spretis inanibus paleis: quo ipso secundum Sancti Spi-  
ritus *donum, Scientie* sc. præfiguratur, quo renati fanas, quibus  
pascantur, eligunt sententias. Nec rostro selecta lacerat  
grana: subinnuitura tertium *Intellectus donum*, quo Sanctifi-  
cati bonas, quibus sua jam sunt professi nomina, sententias

non



non hæretico more pervertunt. Selectis alienos etiam pullos nutrit, quiâ proprio fortè aberrare *ἡσυχασμένοι*: quo ipso respicit ad quartum *consilii donum*, quo tenentur *ἡσυχασμένοι* à Christi avios grege, doctrinâ & exemplo ab ul- teriori præmunire ac præmonere errore. Simplex præ- terea est & à malitiâ fellis alienum, mite ac mansuetum hoc animal: Christiani quoque divino pietatis dono obstricti de- stituuntur irâ, ab omni animi perturbatione, furoreque tettricè infectâ. Sic, verba sunt D. Augustini tractatu 6. in *Johannem*, oportebat demonstrari Spiritum Sanctum venientem super Dominum; ut intelligat unusquisque, si habeat Spiritum S. simplicem se esse debere sicut COLUMBAM; habere cum fratribus veram pacem, quam significant oscula COLUMBARUM &c. Idem Tract. 7. in epist. Job. 1. Fel, ait, COLUMBA non habet &c. Christianus quoque felle odii careat, si quos punire debet, aman- ter & columbino corde puniat. Monuit & ipse humani generis Salvator Matth. 10. 16. *ἦνεθε ὡς οἱ ὄφεις, καὶ ὡς οἱ ἀνέγραυοι ὡς αἱ ἄστειραι*. Estote prudentes ut serpentes, & simplices prout COLUMBÆ: Dissidentium sc. à se animantium inesse nobis voluit naturam; ita tamen ut serpentinam prudentiam co- lumbina temperaret simplicitas, & simplicitatem columba ser- pentina instrueret prudentia, fieretque & simplex sapiens- tia, & sapiens simplicitas. Simplicitatem quoque colum- bæ & prudentiam serpentis ideò commendat Servator, ut in malitiâ simus simplices, in bono verò opere prudentes. Nec prudentia serpentis sit sine simplicitate columbæ, nec simplicitas columbæ sine prudentiâ serpentis: quatenus co- lumbæ simplicitatem astutia serpentis, ut mala caveat, sol- licitet, & prudentiam serpentis simplicitas columbæ, ut bo- na faciat, temperet. Erasmi in suo Ecclesiaste l. 2. p. 105. Annon, inquit, videmus in quorundam oculis ac fronte quasi relucere Spiritum S. placidum ac fuci nescium? Agnoscas in illis jam nunc medi-



*meditari vim Numinis, quod in resurrectione perficiendum est, ut Spiritus potentior corpus ipsum quodammodo in se transformet. Quemadmodum è diverso, qui prorsus abjecto timore Dei semet ad omnem impietatem, omneque scelerum genus dediderunt, ipsa corporis specie diabolum videntur exprimere. Timidum hoc Animatum in abditis petrae cavernis nidum explicat: Justi dono fortitudinis à Sancto Spiritu corroborati, in vulneribus cruciati Salvatoris, in transverberato sanctissimo Christi latere refugium omnemque spem firmam collocant, uti Cant. 2. 14. Sponsa Christi nuncupatur: כסתר הסלע בחגוי יונתו יונתו המדרגה Columba mea in scissuris petrae, in abscondito gradus. Novit nimirum, quod מגדל עוז שם יהודה בו ירוץ צריק ונשגב Turreis Fortitudinis Nomen Domini: in ipsam curret iustus, & exaltabitur. Familiaris est ultimò columba vice cantus assiduus gemitus: pertinet id ad donum Timoris, quo pii lapsi ceu Ephraim Hose 7. 11. כיונה פורתה אין לב veluti COLUMBA seducta absque corde, delectantur tristitiâ spirituali & flebili pro peccatis gemitu: ὡς λυπημένοι, ἀεὶ ἢ χαίροντες 2. Cor. 6. v. 10. Quasi tristes, semper autem gaudentes.*

§. II. Convenienter quoque COLUMBAM ceu caritatis cultricem elegisse Sanctum Spiritum, qui Amor ac caritas ipse appellatur, alii existimant non minoris nominis Autores: Tali quippe electo symbolo ceu extento indice, indigitaturus erat communem baptismi effectum, conjunctionem sc. Ecclesiasticæ unitatis. Cum enim COLUMBA simplex sit animal, nullo felle amarum, nullis moribus sævum, nullâ unguium laceratione violentum, humana hospitia diligit, unius domus confortium novit, cum generant, simul filios edunt, cum comitant, volatibus invicem coherent, communi conversatione vitam suam degunt, pudico oris osculo concordiam pacis agnoscunt, legem circa omnia unanimatis implent. Et ista in Ecclesia erat noscenda



scēda simplicitas, hæc obtinenda caritas, ut fraternitatis dilectio columbas imitaretur. Η Αγία, hortatur Aposto-  
 lus Rom. 12.10. ἀντιπροσώπων. τῆ φιλαδελφία εἰς ἀλλήλους φιλέσθε.  
 Dilectio sit sine simulatione: Charitatem fraternitatis invicem  
 diligite. Fideles, inquit D. Bernardus, dum uno Christi de-  
 siderio se invicem nutriunt, dum habentes cor unum &  
 animam unam se in caritate conjungunt, ex multis mem-  
 bris unum efficiunt corpus, in quo omnes in simplicitate  
 unitatis viventes una COLUMBA existunt: unde Sponsus  
 in Cant. loquitur c. 6. 8. הַיְנוּ יוֹנָתַי הַיְנוּ אַחַת *Una ipsa  
 columba mea, perfecta mea.*

§.12. Huc respexisse videtur Psalter P/ 86. 14. ita ingeminans:  
 אֲנִי הַשִּׁכְבֹּן בֵּין שְׁפָתַי כִּנְפֵי יוֹנָה נִחַפְרוּ בְּכֶסֶד  
 : יוֹנָתַי בֵּין רַגְלָיו *Si accubueritis inter tripodes, penna  
 columbae tectæ in argento & ala ejus in flavo auri.* Cum enim  
 Ecclesia sit κληρο & fors DEI, ut Petrus loquitur 1. epist. c. 5.  
 anima per baptismi fores in eandem intromissa & recepta,  
 securè poterit acquiescere: susque deque habito adversa-  
 riorum insultu, antiquissimique cavillatoris convitio; Uti  
 enim lana fordidissimis squaloribus inquinatur, antequam  
 purpuræ fulgor eam induat; Ita Ecclesia, variis pressa qui-  
 dem, penitus tamen non oppressa malis, tandem victrix ex-  
 tollit caput. Divinâ illustrata gratiâ similis fit per fidem,  
 caritate rutilantem, columbæ innocentissimæ, felle carenti  
 ac pulcerrimæ, cujus pennæ candore candidum argentum,  
 alæ verò pallore aurum imitantur. Quo ipso respectum  
 omninò vir divinus habuit ad imputatam splendentis Chri-  
 sti justitiæ & meriti vestem, quâ induti sunt fideles in simili-  
 tudine coloris istius formosissimi, qui in collis columbarum  
 cernitur. Hunc נִחַפְרוּ בְּכֶסֶד decorum Sponsæ suæ aspe-  
 ctum gratiose dignatus oculo cœlestis Sponsus syavi ad se  
 accersit eandem voce, syavi, imò dulcissimo post se trahit  
 C alloquio:



alloquio : יפתי קומי יפתי לכו יונתי *Surge formosa mea ! veni-  
Columba mea ! COLUMBA* nimirum est Ecclesia, gemitu vo-  
calis, non cantu: Est ea *Cant. 2. 2.* כשושנתי בין החומות  
*Sicut lilium inter spinas*, totus orbis persequitur eam, ut co-  
lumbam accipitres, castra tamen metatur, tentoria erigit,  
defendit se prout potest, & si ulterius pugnare nequeat, alas  
habet columbinas, prout David loquitur *Psal. 68.* celerrimas  
ob divinam tutelaris Numinis assistentiam *Psal. 55.* unam  
rubram ob pretiosum sanguinem Christi cui adhæret; alte-  
ram candidam, ob innocentiam, quam satis probavit Chri-  
sto Soli justitiæ, qui ipse *Cant. 5. 10.* dicitur צה ואדום *can-  
didus & rubicundus.* Apprimè huc collimat egregius B. Dn.  
Tarnovii ( Avi mei vel in ipsis mihi cineribus venerandi ) lo-  
cus *commentar. in Jonam p. 13.* Ex sensu nominis *Jona i. e. colum-  
ba*, tropologico monemur, decere omnem Christianum, ( unde  
tota Ecclesia Christi que sponsa in *Cant. Canticorum* sæpè *columba*  
dicitur *c. 4. 1. 5. 2. & 6. 8. & c.* ) imprimis verò verbi divini præco-  
nem, ut non nimium studeat hodierna politica, sed det operam, ut  
sit simplex sicut columba. *Matth. 10. 16.* abscondens se in forami-  
bus vera petra, b. e. vulneribus Jesu Christi *Cant. 2. 14.* & exem-  
pla columbe à Noacho olim emissæ, vespertino hujus mundi tempo-  
re ipse à consolatore datus, oliva, cum quâ potest rectè conservi  
Evangelii & pacis doctrina, folium afflicti in Ecclesiæ arcâ affe-  
rat *Gen. 8. 1. Luc. 10. 34.* & semper columbam ad Jordanem in  
baptismo Christi apparentem, b. e. Spiritum S. respiciat *Matth.  
3. 16.* Quod si tum à malis opprimatur, sci. t. id esse omnium piorum  
καυχεται, ut conformes fiant filio Dei in cruce *Rom. 8. 28. 29. Act.  
14. 22. 2. Tim. 3. 12. Sirac. 2. 1.*

§. 13. Est ergo Ecclesiæ ceu redemptæ Christi Sponsæ  
splendor omnis intus : כל כבודו פניו *Tota inclita est  
intrinsecus Ps. 45. 13.* Depingitur *Cant. 1. 15.* חנה יפה עיניך יונים  
*Ecce In pulchra ! oculi tui columbarum :* quo scilicet subinnuere  
coelestis



cœlestis voluit Neonymphus, Sponsam suam non erectis in sublimia palpebris, non elatis aut per hirta supercilia refugis incedere oculis; sed simplicissimæ instar volucris contentam esse humili demissoque oculorum lumine, contentam esse humili simplicitate ac simplici humilitate, vulneribus crucifixi Amoris sui libentissimè immorari, suum de cruce pendulum Salvatorem oculo intueri columbino. Aut certè quia in schemate avis hujus Sanctissimus apparuit Spiritus, spiritualis magis quàm simplex in eâ intuitus, columba nomine commendatur: *Appellantur enim oculi columbarum*, Theodoreto in Cantica interprete, *oculi spirituales, quia columba Sanctum Spiritum demonstrat*; Sunt autem oculi spirituales, qui omnia spiritualiter cernunt, mundum velut speculum Dei intuentur, rebus sensui jucundis minimè se decipi concedentes, sed in iis tanquam in speculo reconditas intelligibiles pulcritudines contemplantur. Etenim prout COLUMBA simplici omnia intruetur oculo; in conspecta verò nullo trahitur rapacitatis vel desiderii studio, sed libero fertur per aëra volatu ad suum *ωεισεγεῖνα*: Haut aliter fideles animæ mundanæ felicitatis gazophylacium aspiciunt quidem, at pio ac irretorto oculo, è temporariis & caducis rebus ad æternas mentem attollunt, cujus spiritualibus oculis ad suum aspirant anhelantque cœleste habitaculum, *אל-ארכותיהם כיונים* *sicut columba ad sua columbaria*, uti non inconcinnè loquitur Isaias c. 60. 8.

§. 14. Poteramus jam hoc filum rationum apparitionis Sancti Spiritus sub tali symbolo abrumpere: sed ne alibi iterum *αρχολογεῖν* cogamur, quæ supersunt adhuc, breviter attexemus. Qualis igitur ipse etiam sit Spiritus, COLUMBA suis aliquatenus delineat proprietatibus. Cum illa mundi generis sit volucris, mundo inprimis gaudet *ωεισεγεῖνα*, ægerrimè latura, si negligentius fortean sordes expur-



gentur: Eximium certè Spiritus Sancti signaculum, summam ejus puritatem graphicè adumbrans! Ἅγιον γὰρ πνεῦμα, divina exclamat Sapia c. 1. *vers. 4. εἰς καὶ πικρὸν ψυχὴν οὐκ εἰσελεύσεται, ἐδὲ κατοικήσει ἐν σώματι καταχρῆσά μαρτυρίας.* *Non introibit Sanctus Spiritus in animam maleficam, neque habitabit in corpore subdito peccato:* Quemadmodum columba, ubi fœtor est, non sustinet manere: haut secus sanctissimum ac purissimum Spiritus Sacri Numen, ubi fœtidum regnantis est peccati stercus, recedit: cui namque proprium est peccata repellere, illi & proprium est peccata odisse; nec in uno domicilio morabuntur pariter tanta mundicia, tantaq; immundities. Euthymius *in Matth. 1. COLUMBA*, ait, *bono gaudet odore &c. Sic & Spiritus Sanctus svari virtutum odore summoperè delectatur.* Simplicitatem amat *COLUMBA*: Non minus Spiritus Sanctus, Spiritus malignus duplicitatem amat & fallaciam *2. Cor. 11. 3.* Felle carere dicitur *COLUMBA*; & ipse sacer Spiritus omni caret felle, copioso, uti loquuntur Patres, redundat devotionis melle. Mite, mansuetum, nostraq; gaudens familiaritate est animatum *COLUMBA*: Spiritus Sanctus ceu summæ mansuetudinis Spiritus, svari nos allicit tractu, svari nobiscum agit, corda nostra sanctificans, stabileque (ò summam ac immensam misericordiam!) in iis sibi figit habitaculum. Origenes, *Descendit*, dicit, *Sanctus Spiritus super Salvatorem in specie columba, avis mansueta, innocens & simplicis &c.* Fœcundum est Columbarum genus; Spiritus Sanctus operosus & fœcundus est in cordibus piorum, quæ fructibus justitiæ replet. *Philipp. 1. 11.* Eximia est columbarum in pullos pietas, non suos tantum, sed & alienos; Sanctus Spiritus omnes colligere vult sub alas gratiæ, omnes fovere. Cave cum pharisæis resistas! *Actor. 7. 51.* In eodem *COLUMBA* loco nidificat, è quo pulli sublati, prioris mansuetissimè oblita injuriæ: Spiritus

tus



tus Sanctus non statim cedit, ubi refractarii homines ductum ejus innocentissimum aspernantur: semper instat, sedulo urget, tacito excitat conscientiae verberare, monet per verbi ministerium, manus ad populum contradicentem expandit *Esa. 63. 2.* suspicionem oblivionis Domini tollit *Esa. 49. 15.* Alites in expiationem destinatae par erant turturum sive pullorum columbinorum, quod totum igni cremabatur *eis os μὴ ἐνώθιος* Domino *Levit. 1. 17.* contra fas tamen intrasacrum Templi locum id sacrificium emere deinceps soliti sunt Judaei: (unde & gloriosissimus Servator incomparabili ardentissimoque correptus Zelo, sacris procul abesse jubebat porticibus *Matth. 21. 12. ὠλῶντας τὰς πύλας*: DE COLUMBIS enim ad sacrificium adhibendis intelligi verba dubium esse poterit nemini, cui Antiquitates Judaicae sunt notae: deque ista emtione in loco sacro doctè disseruit Cl. Constant. L'Empereur in *Cod. Middoth. c. 2. sect. 3. p. 49. C. 50.* & Maimonides de *Instrumentis sanctis c. 7.* cui consentit liber Schekalim *c. 5. (sect. 1.)* Et nostrum sive gratiarum sacrificium sive devotarum precum *שְׁרָפָה* suffimentum, DEO acceptum esse nequit, nisi naturam referat columbinam; nisi *ἀσπλῶ* & sancta sit oblatio, non poterit amabile tueri nomen *יְהוָה הַיְיָ הַיְיָ* *odoris quietis Domini.* Haec autem Spiritus fructus sunt, *Galat. 5. 19.* qui indicant nos à COLUMBA Sancto Spiritu gratiosè gubernari. COLUMBA pullos in scissuris petrae: Spiritus Sanctus fideles in cruento transfixi Servatoris latere ceu firmissimam Tutelari Sede clementissimè reponit. Continuum denique COLUMBA pro cantu ingeminat Gemitum: Spiritus Sanctus, ut divini Spiritus Apostolus *Rom. 8. 26.* eximie planè loquitur, *ὑπερωπυχάνει ὑπὲρ ἡμῶν στεναγμῶς ἀλαλήτοις* interpellat pro nobis gemitibus *incomparabilibus.* Neque tamen in semetipso apud semetipsum gemit: omnis quippe humani affectus expers, sed in nobis



gemit, dum gemere nos facit. Nec minimi adeò momenti  
 res est, quod doceat nos gemere infirmitatis nostræ miser-  
 tum *σαλαγχιζόμενον* istud Spiritus Sancti Numen; insinuat  
 enim nobis inque labilem memoriam revocat, quod miseri  
 in hac, עמק עכור *perturbationis valle*, uti ex merito appellat  
 propheta, peregrinemur, docens in veram ac quietiorem su-  
 spirare patriam, quo quidem amabili desiderio flebiliter  
 כהגור הגור כיונים *Tanquam COLUMBÆ gemendo gemi-*  
*mus, Esa. 59.1. cum afflictissimo inque Deum pietate notissi-*  
*mo Davide exoptantes è Psalm. 55.7. מי יתן לי אבר כיונה*  
 אשכנז ואשכנז *Quis dabit mihi pennam sicut columba? vo-*  
*labo & inhabitabo.* Neque enim divina tum procul abest  
 dextra, piam animam variis substratam afflictionibus, variis  
 implicitam incommodis, כקול יונים *lamentan-*  
*tem juxta vocem COLUMBARUM. Nab. 2.8. speratamque quie-*  
*tem non invenientem sentiens, extenta ad se recipit dextra,*  
*ut in suo sic placidè conquiescat amabili ac venerabili sinu;*  
*non secus ac olim Noes columbam exploratum missam, cum*  
*circa diluvii aquis fluctuantem volitaret arcam, nullumque*  
*extra eam, ubi tutò figeret pedem, locum invenire quiret,*  
*apertâ iterum fenestrâ in Arcam admittebat. Redibat ex*  
*Arcâ emissa à Noëmo columba ערב לער *ingruente vespere,**  
*olivæ conspicua termite: Redibat, ne occupantis fortè cu-*  
*juspian infausto cederet aucupio; quamdiu enim COLUM-*  
*BÆ sua repetunt columbaria, abs nemine infestari ullâ aucu-*  
*pis arte de jure queunt, quod illustratur lege Naturalem §. ser-*  
*vos & seq. In his autem ff. de acquirendo rerum dominio, ubi hu-*  
*jus modi animalia semper occupantium non fieri docetur: eo*  
*enim casu occupans furti meritò tenetur: In his animalibus que*  
*consuetudine abire & redire solent, talis Regula comprobata est, ut*  
*eousque nostra esse intelligantur, donec revertendi animum ha-*  
*béant: quod si desierint revertendi animum habere, desinant nostra*  
*esse,*



esse, & fiant occupantium, Conf. Cl. L'Empereur libro elegantissimo de Legibus Ebraeorum forensibus ex Ebraeorum Pandectis Cod. l. c. VII. §. 7. Nec ullum licet avidissimum ante abjuratum resipiscendi animum in hominibus tentare potest callidissimus Dæmon consilium, quo abs sanctissimo cœlorum tramite seducat, suisque infidiatricibus implicet tendiculis; Reditum quippe dum semper meditatur lapsa ex infirmitate humanâ fidelis anima, ad Ecclesiam, a quâ secessisse semet longius agnoscit, ceu suum columbarium, regredi desiderat. Neque tum pœnitentiam etiam seram clementissima Sancti Spiritus benignitas aspernatur. Humanissimè potius invitatur, imò divinitus sufflaminatur toties repetitâ seria ac suavissimâ שובי שובי שובי השלמית שובי שובי Cant. 6. 12. ונחזורך Revertere, Revertere Sulamitib! Revertere, Revertere, intuebitur Te; gratioso scilicet misericordis clementiæ oculo. Nam cum in cruce penderet JESUS, lugubrem nostri causâ subiens mortem latroni peccata sua lamentanti consortium cœlestis regni statim pollicebatur; protinus ac lubentissimè Sanctus Spiritus ad resipiscentem revertitur, referens pacem cum placato DEO, testimoniumque perhibens nostro Spiritui, quod regeniti ac justificati simus DEI filii.

§. 15. Non pauci venerandorum patrum firmiter istam tueri videntur rationem, quod Spiritus Sanctus dum columbino se exhibuerit Schemate, antiquæ memores esse voluerit spectatores historiæ Noachi; Nec adeò incongruè: Sanè omnis (ut dicitur) rudens erat ruptus, omnis spei anchora prorsus evulsa, universum enim orbem communerat naufragium: ecce pacificum istud ac mansuetum apparet animal, COLUMBA, finem illius tetricæ tempestatis subinnuitura, ore ramum portat olivæ, pacis universitati restituendæ signum. Dispulsa cœlo nubes, redditum Solem,



Solem, communemque ad eò orbis tranquillitatem nuncia-  
 bat: Hic penes Jordanem Sacer Spiritus placatum refert  
 DEUM: Ferebat illa oleæ termitem; Et hæc præsens San-  
 ctissima COLUMBA suos secum fert fructus, pacis scilicet  
 & gaudii *Gal. 5. 22.* summæ bonitatis divinæque misericordiæ  
 diu desideratum defert oleum: Illa pacem: hæc pacem &  
 dona maxima presso retulit orbi. Illa optatum diluvii fi-  
 nem: Hæc exoptatissimum Mundi Restauratorem, qui est  
 finis Legis, ostendit. Illa non alibi nisi in Arcâ quiescebat:  
 Et hæc non nisi in Ecclesiâ. Quamvis equidem ubique sit  
 DEI Spiritus respectu essentiæ, *repletivè* nimirum, quod Deitatis  
 est proprium, quæ infinita est; tamen propriè loquen-  
 do non habitat extra Ecclesiam, uti & olim כבוד יהוה *Glo-*  
*ria Dei* non nisi super arcam fœderis quiescebat. Atque  
 ut septimâ quaque die COLUMBA veniebat ad Noachum:  
 Ita & hodiè ἀγιον πνεύμα *speciali* super nos descendit modo  
 unaquaque die septima, quæ olim erat Sabbathi dies, hodiè  
 Dominica, qui etiam erat dies, cum Christus flavit in Apo-  
 stolos *Job. 20. 22.* cumque Spiritus S. descendit in fideles *Act.*  
*2. 1.* & cum Johannes correptus Spiritu vidit visiones DEI.  
*Apoc. 1. 10.* Et sic gratosè nos visitaturum nobisque cohabi-  
 taturum *Esa 59. 21.* unâ cum patre & Sancto Spiritu amabi-  
 liter pollicitus est gloriosissimus noster Salvator. *Job. 14. 17.*  
*Eccl. 20.* Arca aquis diluvii in vecta viri justi Noëmi familiam con-  
 servabat illâsam: Ecclesia quoque per baptismi salutare  
 lavacrum regenitos ceu firmissimum propugnaculum con-  
 tra insultus maligni Spiritus fortiter defendit: Typus qui-  
 pe Baptismi in illo universali cataclysmo præcessit, Concin-  
 nè D. Ambrosius *de iis qui initiat. myst. c. 3. in med. Vides, ait,*  
*aquam? vides lignum? columbam aspicias? & dubitas de mysterio?*  
*Aqua est ergo quâ caro mergitur, ut omne abluatur peccatum: Se-*  
*pelitur illic omne vitium: Lignum est, in quo suffixus est Dominus*  
*Jesus*



*Jesus cum pateretur pro nobis. COLUMBA est, in cuius specie descendit Spiritus Sanctus, sicut didicisti in N. T. qui Tibi pacem animæ tranquillitatemq; mentis inspirat. Corvus est figura peccati, quod exit, & non revertitur, si in Te quoq; JUSTI custodia & forma seruetur. V. eundem l. 2. de Sacram. c. 1. to. 4 p. 432.*

§. 16. Denique quod quandam meretur observationem, Diabolus ut Evæ appareret, serpentem induit; Spiritus vero S. eligit COLUMBAM, ut qualis sit Diabolus, qualis etiam Sacer Spiritus, ὁφθαλμοφανερός inde elucescat. Diabolus sc. ὁ ὄφις ἀρχαῖος Apoc. 12. 9. callidissimus imò scævissimus est serpens: Spiritus Sanctus COLUMBA mitissima ac simplicissima, omni caret felle, omni que redundat melle. Summisset quidem placidi alicujus animalis effigiem tartareus hostis, modò Divina permisisset Majestas. D. August. l. 11. de Gen. ad lit. Non debemus, inquit, opinari, quod Serpentem Diabolus elegerit: sed cum esset in illo decipiendi cupiditas, non nisi per illud animal potuit, per quod posse permisus est. &c. Cur autem permisus sit per serpentem decipere docet Hugo Victorin. Diabolus, dicens, in alienâ formâ venire permissus est, sed tali, in quâ ejus malitia prorsus non celaretur. Ut in propriâ formâ non veniret, suâ voluntate factum est; ut autem aliam formam, nisi talem, quæ malitiæ suæ conveniret, habere non posset, divinâ ordinatione dispositum est, &c. Par scilic. erat, ut inter instrumentum ejusque motorem quædâ esset proportio. Motor erat versipellis Satanas peccati veneno plenus; Instrumentum quoque Serpens fuit callidus & venenatus. Fortassis, ait Hugo citato l., si permissus fuisset Diabolus, in formâ COLUMBÆ venire maluisset. Hoc verò vobis Spiritus Sanctus sibi reservavit: quia profecto dignum non erat, ut Spiritus malignus illam formam homini faceret odiosam, in quâ postmodum idem Spiritus Sanctus apparere debebat &c. Utiverò Serpens divinæ

D

Imaginis



imaginis in primordio fuit *prædo*: Ita COLUMBA præfenti tempore cœlestis pacis gratissimus est *præco*.

§. 17. Præterea non ferox Aquila, sed mitis COLUMBA vertici Messiaë insidet, ejus mitissimum ingenium declaratura; Erat nimirum ille elogio Johanneo, ὁ Ἄγγελος ἔχει ὁ ἀίψων τὴν ἀμάρτηαν ἔκκοσμε; nil ergo & melius conveniebat Agno quàm COLUMBA: Quòd enim in terrestribus Agnus: id ipsum in volatilibus est COLUMBA. Summa utriusque innocentia, summa mansuetudo, summa simplicitas: Nocere cuiquam nesciunt, lædere non noverunt. Venerat ille Agnus verè innocens, (prout id ipsum innuit nomen Jesu Græcè Ἰησοῦ literis per anagramma transpositis οὐ ἦ ὄϊς Tu es οὐίς:) verè piacularis victima, immaculata à Mose figurata, portans ceu hostia humeris suis impositum abs cœlesti patre immensum humani generis delictum, portando expians, expiando auferens efficiensque ut remitteretur. *Unus pro omnibus occiditur*, ait Cyrillus, *ut omne genus hominum Deo patri lucrifaciat*. Venerat, ut obseratas per peccatum cœli fores peccato Dæmoneque superato tam arduum militiaë genus fortiter aggressus Victor panderet. Hanc tot expetitam & expectatam seculis victoriam summâ Salvatoris mansuetudine reportatam non vi, non armis, mite ac mansuetum animal COLUMBA demonstrat: Hæc quanta sint, curatius meditari docens, inque staterâ cordis nostri appendere, ut totus nobis devoto pariter ac grato figatur in corde, qui totus pro nobis fixus est in cruce.

§. 18. Nec contemnenda subest ratio, cur præfenti tempore venerandum Ἄγος κολυμβῆ Numen columbinâ se stiterit specie: neque enim jam tum veniebat per Zelum sanctissimum peccata puniturus; sed adhuc per maximam, ac humanissimam mansuetudinem toleraturus, modo gratiam Filii DEI pænitentiaë & fide ambient lapsi ex infirmitate homines



homines; quum totius mundi noxam ille tanquam DEI  
 AGNUS bajulet auferatque. Tribuerat quoque jam tum  
 Esaias c. 42. 3. Christo, quod כנה רצוף לא ישבור ופשהה כחה  
 יככה לא calamum quassatum non esset confracturus, nec li-  
 num fumigans penitus extincturus. Propter hanc Christi man-  
 suetudinem, quâ blandè & comiter peccatores in spem sa-  
 lutis vocavit, & quotidie invitat Spiritus Sanctus super e-  
 um descendit in specie COLUMBÆ. Atque in hoc symbo-  
 lo illustre suavissimæ consolationis pignus nobis exhibitum  
 est, ne metuamus ad Christum accedere, qui non formida-  
 bili Spiritus potentiâ: sed amabili & placidâ gratiâ indutus  
 nobis occurrit. Decimâ autem post ascensum Christi die,  
 quam Judæi pentecosten vocant, hic idem Sacer Spiritus  
 vehementi cum sonitu & fragore descendebat in ædes, quas  
 sectatores Christi tunc religionis causâ incolebant. In igneâ  
 videlicet effigie tum super simplices apparebat homines, ut  
 efficax & vehemens Apostolorum prædicatio per linguas  
 ignitas δαυλικῶς demonstraretur, eosque ad punienda in se  
 peccata spiritualis fervor accenderet, quæ per summam ha-  
 ctenus clementiam vindicare misericors DEI pepercerat  
 Numen. Prædixerat verò Salvator Job. 16. 8. καὶ ἐλθὼν ἐκείνῳ  
 ἐλέγξει τὸν κόσμον περὶ ἀμαρτίας. Adveniēs ergὸ נשמת שרית  
 כנים מוה' & πανθηρατρῶν ἢ διδάξου αὐτῶς duodecim è discipulis  
 Christi legatos seligebat, selectos septemplexibus divinitus  
 instruebat donis, ut circuitis civitatibus passim docerent, a-  
 desse regnum cæleste, valedicendum vitis, renunciandum  
 a ori tenebrarum, redeundum in gratiam cum DEO, cre-  
 dendum promissis divinis de vitâ per filium ejus donandâ  
 unigenitum, quærendos in cœlis thesauros, mundum hunc  
 ejusque vanitates contemnendum, ne semet inani felicitatis  
 mundanæ umbrâ fallerent: Frustra enim aliàs esse omnes  
 hominis vires in beatitudine acquirendâ, nisi baptizatus il-  
 D 2 lumina-



luminatusque Sancto Spiritu per Filium DEI veniam peccatorum impetret, eaque fide salutem in ipso solo æternam requirat.

§. 19. Explicuimus hactenus, quâ fieri potuit brevitate, rationes, cur tale electum fuerit abs Sancto Spiritu apparitionis medium; subnascitur porrò alia sublimis non minus ac ardua quæstio: *Quomodo id fuerit factum?* num COLUMBA presto fuerit vera, num species saltem Columbae: cui ultimo κενωμένος membro favere videtur particula similitudinis ωσεί Ebraismum redolens. Super hoc ipso autem quæsto לֹא כֹל אֲצַבְעוֹת הַחֲכָמִים שׁוֹוִים *Non omnes Sapientum digiti sunt aequales*, prout eleganter loquiamant Ebraei. Etenim in diversas abeunt sententias tam Patres, quam alii non minoris nominis Theologi; quodque Rabinis familiari dicitur proverbio: הֵן מִקָּח עַל וְלוֹקָחוֹ *Sua quisq; merx pulcerrima*.

§. 20. D. Chrysostomus; *Spiritus*, ait, *Sanctus non assumptit naturam COLUMBÆ; idcirco Evangelista, non in natura sed in specie columba dixit. Nec unquam omninò postea, sed tunc seritè solam in hac visus est, figura &c.* D. Bernardus Tom. 3. operum suorum p. 73. *In specie*, dicit, *COLUMBÆ Spiritus Sanctus apparuit.* Idem arbitratur D. Ambrosius l. 1. de Sacramentis c. 5. *Non COLUMBA*, inquit, *descendit, sed quasi COLUMBA.* Item: *Spiritus Sanctus in specie COLUMBÆ non in veritate Columba descendit de caelo.* Huc quoque respexisse videtur, qui sub Constantino gloriosæ recordationis Imperatore celebris vixit vates Juvencus l. X. carm. eleganter admodum ac graphicè hanc Apparitionem Sancti Spiritus depingens:

*Scinditur auricolor cæli septemplex aëtra  
Corporeamque gerens speciem descendit ab alto,  
Spiritus, aëream simulans ex nube COLUMBAM.*

In




In eandem inclinat sententiam Magnus Chemnicus *Harm. Evang. p. 249.* specie COLUMBÆ Sanctum super Christum descendisse Spiritum asserens. D. Calixtus *concord. Evang. l. 2. c. 2. p. 82* Corpus opinatur fuisse ad figuram COLUMBÆ efformatum, sicut cum angeli in specie live formâ humanâ apparent, ubi nullus de novo creetur homo, sed corpus humano simile effigietur, quod tamdiu sustentetur ac conservetur, quamdiu ejus usus est: uti enim D. Thomas, *Non oportet, ait, ut duret, nisi quamdiu per agit suum officium.* Justinus apertè exprimit COLUMBÆ speciem, cum dicit: *ἐπελθὼν ἐν εἰδὲ ἀετὸς καὶ κολομβῆς.* Cornel. Jansenius in *Tetrateuco p. 27.* Potius, inquit, videtur significari corporalis similitudo COLUMBÆ, quantum ad figuram ac descensum, us communiter Autores sentiunt, quàm veram COLUMBAM; Nam adhibita tantummodo fuit ad significandum. Nec erat illa COLUMBA Spiritus Sanctus (Dan. Tossani verba sunt in comment: super b. l.) aut Spiritus realiter in columbâ; sed accedebat tale signum sive species aliqua corporea, ut loquitur Lucas, ad confirmandum quod invisibiliter erat in Christo. Ac huic quidem sententiæ suum quoque adjiciunt calculum D. Augustinus *epist. 102.* Theophylactus *ad l. Luc. 3. p. 86.* Euthymius, Lyranus, Abulensis *q. 84. & 85.* Suarez *3. part. q. 39. art. 7.* Cornel. à Lapide *comment. in Matth. p. 94.* Origenes, Cajetanus, Schmidius in *notis & animadvers. ad b. l.* aliique recentiores, quos Grotius in *suis super l. b. annotationibus* sequitur.

§. 21. Ἀντιδιγνωμένως verò huic citatorum Autorum asserto opponunt *εἰς τὴν εὐαγγελίαν* veram ac viventem fuisse columbam; non autem speciem. Tertullianus *lib. de carne Christi: Spiritus, ait, tam verè erat COLUMBA, quàm Spiritus, nec interfecerat substantiam propriam assumpta aliena &c.* Cui consentiunt Hieronymus, Anselmus veram censentes adfuisse COLUMBAM; & ex iis D. Thomas *3. part. q. 39. art. 7.* Salmeron & alii.



§. 22. In tanto Auctorum Cl. conflictu licet nostræ non sit opis palæmona aliquē interponere; non caret tamē magnā probabilitate illorum sententia, qui statuunt *columbinam* tantum fuisse speciem, & sic sumendam similitudinis particulam ὡσαύ, quam disertè omnes Evangelicæ historiæ Scriptores inculcant. Diximus autem superiùs redolere illam Ebraismum: Ebræi scilicet exprimunt eam per servilem litteram כ, quæ duplicis apud illos est notionis: כִּמְכִי u- ti appellat R. Kimchi, s. ἀληθινόν, ipsam indubitatam notat veritatem; e. g. Nehem. 7. 2. fidelitatem præfecti. Auctor descripturus, eum esse dicit כִּמְכִי כִּמְכִי Sic & Joh. 1. *vidimus gloriam ejus, ὅτι ὡς μονογενῆς*, ubi *μονογενῆ* sive unigenitum non dubitanter: sed affirmanter vocat. וְיֵשׁוּעַ כִּי sive deminutionis ἀπορήλυκόν s. σχατικόν aut uti aliàs quibusdā appellatur מוֹדֵר s. speciei, qualis est, quæ sensibus offertur, forma, conformitas, modus, similitudo, repræsentatio; Sic ὡσαύ *περιεργὸν* h. l. Marc. 1. 10. Luc. 3. 22. Job. 1. 32. & Matth. 9. 36. ἐρριμμένοι ὡσαύ *ὡσαύτῃ μὴ ἔχοντα ποιμένα.* Matth. 28. 4. ἐγένοντο ὡσαύ νεκροί. λευκὸν ὡσαύ χιῶν. &c. conf. Schmidium *cit. not. in N. T. p. 60. in*

*med.* Syrus Interpres expressit per  Sicut,

Tanquam; Arabs per , Sicuti, se-

cundum similitudinem, V. Cl. Golium in *Lexico Arabico* p. 219. *in med.*

§. 23. Insignem certè Cl. Hackspanius in *Not. Philol. part. 2. p. m. 874.* tuetur canonem: *In Fisione censetur non adesse ipsares, sed ejus species, eà tamen lege, ut veritati subjecti, quæ per speciem exhibetur, inde nihil decedat.* Nec Spiritus Sanctus



Sanctus in sua Spirituali apparuit substantiâ; quippe cum sit ἀόρατος, corporalibus spectatorum oculis usurpari neutiquam potuisset; Nunquam, (D. Augustini effatum est c. 3. de Trinit. & unit.) illa incomprehensibilis incommutabilisq; Divinitas, quæ est Trinitas, DEUS ab oculis carnalibus videri potest, nisi per subjectam, uti dictum est, creaturam. Καταβῆναι quoque descendere Sanctus non dici quiret Spiritus; immobilis enim est ac immutabilis; nisi ἐμμέσως & per ἰδιωσίτην in signo simplicissimæ COLUMBÆ descendisse statuatur: Etenim qui essentia suæ infinitate nullibi exclusus univèrsam terrarum orbem replet, is assumptæ COLUMBÆ speciem sibi formaliter (ut D. Lutherus eruditè nominat) uniens, descendere rectè scribitur, cum illa COLUMBÆ species descendit, quæ patefactionis hujus manifestæ Sanctissimi Spiritus erat organum sive medium. Descendentis motum dum ex aère paulatim defertur COLUMBA, voce קָוָו Ebræos, (unde & in historiâ creationis Spiritus Dei dicitur קָוָו הַמַּיִם לְעַלְיוֹת הַשָּׁמַיִם) verbo autem Ἰπταφῆρεσθαι Hellenistas denotare scribit Cl. Heinsius p. 322. Mansionem ejus super Salvatore, Ebræorum verbo יָוָו, Chaldaeorum נָוָו, Hellenistarum variis exprimi phrasibus, quales sunt Ἐμμένει ἐπ' ἐμὲ χεῖρ κρυψίς Ezech. i. v. 2. ἦλθεν ἐπ' ἐμὲ πνεῦμα c. 2. v. 2. ἐπέπεσον ἐπ' ἐμὲ πνεῦμα κρυψίς. c. ii. v. 5. Volatu significari influxum divinum jam tum est notatum, R. Bechai ad c. IX. Dan. In Christo acquievit Spiritus, nemini posthac majori dandus, imò nec cuiquam nisi per Christum.

§ 24. Leviculum verò ac κάπνης σκιά non redimendum est, quod veretur Spanhemius absurdum: Brutum ad momentum Sancto uniri Spiritui; unde enim ἀνάγκης βέλτε. Ἔτε? Essentialis quidem, hypostatica ac personalis non fuit unio; interim tamen ὁμοουσιότης, qua Spiritus Sanctus ἁγία πνεῦμα ἐστίν, uti concinnè effert Epiphanius, sibi certo appro-



appropriavit modo hoc Columbinū corpus, idq; ipsum gu-  
 bernavit, prout ἀκρίστομωλασεροτόνθρον & οὐκ Damasceni  
 voce, Filius DEI in V. T. patribus apparuit in corpore  
 humano. Appositè huc collimat decumanus quidem, e-  
 gregius tamen Augustini locus de cognitione verae vitae c. 18.  
*Sancti Spiritus substantia non in COLUMBAM, vel ignem est  
 transmutata, sicut nec verbi in carnem est transformata: sed Spi-  
 ritus Sanctus COLUMBÆ corpus condidit, in quo se ad horam su-  
 per corpus sibi inseparabiliter unitum, ad testimonium homini-  
 bus visibilem praeavit; ipse verò indivisibilis in essentiâ patris & ver-  
 bi inseparabiliter mansit, animas quoque discipulorum interiori  
 possidens, foris speciem ignis vel luminis oculis hominum pro si-  
 gno exhibuit, & tamen à substantiâ patris & filii non recessit: pro-  
 fectò insinuans quod Pater & Filius per eum peccata consumunt,  
 & in eorum amorem hominum corda, per ipsum accendunt, &  
 quod impios per eum judicabunt; justos verò lumine vitae in ipso  
 glorificabunt.* Nec immeritò reverentiæ limites excedens  
 Spanhemii assertum retundere poterit Faustus Socinus mul-  
 tò honorabilius de hoc sentiens mysterio, (cum alias Sancti  
 Spiritus persona, tanquam signi hujus signati, hoc è loco pro-  
 banda, ipsi non minus ac aliis Socinianis Volkelio, Ostoro-  
 do, &c. sit sudes in oculis & ἀλαϊον κων) *Verisimile est,  
 inquit in Tract. de DEO, Christo & Spiritu Sancto p. 109. istam  
 corpoream speciem sive formam, in qua Spiritus Sanctus in Chri-  
 stum descendit, non vulgarem fuisse, in qua nihil divini neces-  
 sariò conspiceretur, qualis est forma COLUMBÆ, sed planè sin-  
 gularem & miraculi plenam.* Cumque secundum Ebraeos  
 in כמאה עדים הוראת בעל דין סמך רבנא Sect. 46  
*Confessio Adversarii sit instar mille testium; plura probatio-  
 num documenta acquirere superfluum arbitramur; cete-  
 ra, quæ ad retundenda Socinianorum argumenta de per-  
 sonâ Spiritus Sancti facere possent, in subsequituram, si Divi-  
 na fuerit gratia, differentes ac rejicientes Dissertationem.*



§. 25. Species ergo veræ fuerit C O L U M B Æ; quod ipsum alii simili aliquo illustrius reddunt effatum: Quem in modum ille ignis, in quo idem Spiritus Sanctus ad Apostolos descendit, effigies ignis fuit, nō ignis verus elementaris (uti ex illorū mente Magnus loquitur Chemnitius *Harm: Evang.*) Ita vero propius accedit C O L U M B A M non veram fuisse, sed effigiem C O L U M B Æ. Igneam autem adfuisse effigiem docet Lucas illis verbis *Act. 2. 3. Καὶ ὡφθησαν αὐτοῖς διαμεσολαβήμενα γλῶσσαι ὡσεὶ πυρὸς, Apparuerunt ipsis dispersite lingue tanquam ignis*; neque ignis dicit simpliciter: Quod si enim verè igneæ fuissent linguæ, universæ conflagratūræ fuissent ædes, nisi ad miraculum quis confugiat.

§. 26. Quod verò ad hanc C O L U M B Æ attinet Speciem: cum DEUS non ludat hominum oculos meris φάσμασι & inanibus Spectris, corporeum quid fuisse cum celeberrimī nominis Theologis, Hunnio, Dorscheo, Walæo in *comment. ad b. l. Tossano, Symbola*, inquit, *divina non sunt inania*; aliisque statuimus: Εἶδ' ἃ quidem interdum, uti Walæus loquitur, *contradistinguitur rei veritati, interdum eam includit*; unde & Lucas *σωματικὸν εἶδ' ἃ* corpoream nominat speciem; quod omnium rectissimè Syrus expressit Interpretum:

ⲛⲉϥ ⲛⲉⲁϥ ⲗⲁⲃⲉⲛ In simili-

tudine corporeâ C O L U M B Æ; nec minus Arabs:

ⲉⲓⲃⲉ ⲛⲉⲁϥ ⲗⲁⲃⲉⲛ Quod autem ad

Propheticas spectat visiones, eas quidem, quibus Deum vidit Daniel & Esaias in formâ humanâ, probabile est, eas internâ potius illuminatione & aspectu mentis constituisse, quàm

Ⲙ

ut



ut externo oculorum visui credamus objecta fuisse inania phantasmata; (quod tamen ceu latius patens quæsitum hic substringimus, ne in *ἐπιζητήσεως* delabamur syrtes) Hæc præsens autem penes Jordanem patefactio, quia externis objecta fuit oculis, verosimile haut quicquam est, DEUM Baptistæ aliorumque qui aderant, oculos perstringere voluisse nudo & inani phantasmate. Et licet certò affirmari nequeat, naturalem aliquam talem fuisse COLUMBAM, quales nostræ, corporeum tamen quid fuisse, quod suâ quidem constiterit materiâ, planè rejicere maximè dubitamus.

§. 27. Sed ne importunè philosophemur, & cœlestia indecorè contrectemus, malim cum *πρωτόβαθεις* in Theologorum subselliis acquiescere, omni curiosâ ac scrupulosâ inquisitione remota, unde vel venerit, vel ubi remanserit ista COLUMBA? Cum enim propius hoc accedat *νευρόμενον* ad limites mysteriî, cujus altitudo longè transcendit rudem nostræ dictionis tenuitatem; certi quicquam determinare vix ac ne vix quidem permittit. Religioso ergo potius silentio Sanctum veneremur Flamen; Etenim uti ipsum mundi opificem silendo rectè enunciamus: Ita plurima Sacræ Scripturæ abdita, humanis sensibus maximè remota, nec cogitatione comprehensa, nec voce edita. Quâ ratione in hoc ipso Apparitionis Spiritus Sancti miraculo non pauca sacris silentii sipariis sunt obducta, quæ tacitam magis venerationem, quàm curiosam refectionem merentur. Quod si verò alicui strictius hoc pressuro miraculum, scrupulosius huic in hære allubesceret quæsito: illi Æternum ac Incomprehensibile Spiritus Sancti Numen verius ac majori jure oggeret, quod Ægyptiî, referente Plutarcho, Isis inscripserant Templo:



Ἔγω εἰμι τὸ αὐτὸ γεγονός, καὶ ὄν, καὶ ἐσόμενον καὶ τὸν ἐμὸν πέπλον ἕδεις  
παρουσιᾶς ἀπεκάλυψεν.

*Ego sum omne illud, quod fuit, quod est, quodque futurum: &  
peplum meum nullus mortalium detexit.*

Cui non absona sunt D. Tertulliani verba: *Eadem haut incongrua ratione interceptum est, quâ & editum fuerat. Si vidisset cum de nihilo proferebatur COLUMBA, scisses, cum in nihilum subducatur. Si non fuit initium visibile, nec finis. Neque enim omnium operum DEI ratio inveniri vel reddi potest, non immeritò inquit B. Chemnitius Harm. Evang. p. 249.*

§. 28. Attamen nec hoc sicco erit prætereundum. pede, quin potius velut auctarium huic capiti constituendum: *Quid significet memoratus COLUMBÆ volatus; an Christum tunc unxerit Sanctus Spiritus? Nonnulli Patrum suis id indicasse verbis videntur: D. Athanasius Orat. 2. contra Arianos: Unctus, ait, est Dominus oleo latitiae &c. cum in carne constitutus baptizabatur in Jordane, ac Spiritus in eum descenderet &c. D. Hilarius l. II. de Trinitate: Spiritu DEI, inquit, & virtute unctus est Christus tum, cum ascendente eo de Jordane vox Dei patris est audita: Filius meus hic est &c. D. Hieronymus Isa. 61. Christi, dicit, unctio illo expleta est tempore, quando baptizatus est in Jordane; & Spiritus Sanctus in specie COLUMBÆ descendit super eum &c. Optatus Milevitanus l. 4. contra Parmenianum: Apertum est caelum DEO patre ungentes spiritale oleum statim in imagine COLUMBÆ descendit, & in se dit capiti ejus & perfudit eum.*

§. 29. Poteramus plures recensere ἁποψήφες huic Patrum asserto; at sufficiant hæc כתיב מן קליל פומא & multis; neque enim nunc lubet Magnorum aliàs Virorum humana accuratius intueri errata. Nam quod pascuum summorum aliàs Virorum, ὡν κλέος ὑψιπλάται & ויהי סמאלת כבוד תורת Salvo (uti loquuntur Rabbini)



*honore eruitionis ipsorum, reponere non nisi ex vero liceat;*  
 aberrasse istorum opinionem paululum hac in parte ab a-  
 nalogiâ consensus Theologici, nemo nisi cui quidvis crede-  
 re compertum est, inficiabitur. Stabilis siquidem *αὐαντί-  
 πητος* omnium Theologorum est sententia, Christum in ipso  
 Incarnationis momento Spiritus Sancti oleo, summa scili-  
 cet ac perfectissimâ gratiâ, summisq; Spiritus Sancti charis-  
 matibus esse perfusum. Præfens hic Actus ceu solennis  
 fuit declaratio, quò id, quod jam ante Christus possederat,  
 publicitus innotesceret, eoq; COLUMBÆ Signo Auctori-  
 tas Christi & ejus magisterii clarius propalaretur non Joan-  
 ni tantùm, sed & reliquis, qui aderant, spectatoribus ut sic  
 omnibus constaret, hunc Prophetam audiendum esse, qui  
 divinâ auctoritate cœlitus sit missus & confirmatus: Neq;  
 enim tunc propriè unxit Sanctissimus Spiritus Messiam: sed  
 declaravit, unctum abs se Regem, quem cæca efferataq; Juda-  
 rum gens præstolabatur. Ac eò quoq; digitum intendit  
 pulcherrimus. Isaianus locus *c. 61. 1. רוח אדני יהוה עלי*  
*וען משח יהוה אותי לבשר ענוים שלחני לחבש לנשבריו—לכל*  
*Spiritus Domini super me: ea propter unxit Dominus me ad evan-*  
*gelizandum afflictis, ad fascia ob ligandum contritos corde &c.*

§. 30. Descendit igitur *ἄνω πνεῦμα*, in verticem  
 Christi effigie COLUMBINA, tum ratione *baptizati JESU*,  
 extenti quodammodo digiti vice solenne perhibendo te-  
 stimonium, divinam vocem è *χιλομέτραις* cœlis resonantem,  
 ipsum gloriosissimè denotare: admirabilemque illius grati-  
 am, unctionem & venerandam Messie dignitatem declaran-  
 do; Tum ratione *baptizantis Johannis*, admonendo, nihil  
 in ipso Christo carnale, nihil terrenum esse quærendum, sed  
 Divinum hominem prodire, in quo regnet perfectissima  
 Spiritus Sancti virtus. Omnino enim Johannes sive quo-  
 ad personam de facie, sive quoad officium, quantum satis  
 erat,



erat, Christum penitus perspectum haut habebat; Quam-  
 primum autem adventantem aspicit, Deo inspiratione qua-  
 dam arcanâ animū ejus movit, ut hunc esse Messiam, quēq;  
 ἐν πνεύματι βαπτίζοντα prædixerat, certò statuat, ceu hæc o-  
 mnia ipse dilectis fatetur verbis Job. I. 33. Καὶ γὰρ ὅτι ἤδεν αὐ-  
 τὸν ἀλλ' ὁ πέμψας με βαπτίζεν ἐν ὕδατι, ἐνεὶνός μοι εἶπεν· ΕΦ' ὃν αὖ  
 ἰδὼς τὸ πνεῦμα καταβαῖνον καὶ μένον ἐπ' αὐτὸν, εἶπεν ὁ βαπτίζων  
 ἐν πνεύματι ἁγίῳ. Haut aliter ac Samuel occulto Dei nosce-  
 bat judicio, minimum filiorum Isai Davidem ungendum  
 esse ac constituendum Israelis Regem: ac uti Sauli prius sibi  
 nunquam viso, Regiam unctionem sciebat destinatam. In-  
 choatam ergò Baptistæ notitiam subsequente nihilominus  
 COLUMBINO descendente sensimq; se demittentis Spiri-  
 tus Sancti schemate exactius confirmaturus erat DEUS, ut  
 sic ipse Christus Patris voce & Spiritus S. descensu φανερωθῆ  
 τῷ Ἰσραήλ. Job. I. 33. Tum denique ratione baptizandorum,  
 dum COLUMBA præsentem in baptismo Spiritum San-  
 ctum adumbrat in baptizatum veluti devolare, coelestique  
 illum gratiâ induere. Philo ex Ebraeorum disciplinâ per  
 COLUMBAM significari, ait, sapientiam, non illam  
 φιλέρημον, (qualis erat Baptistæ), sed eam, quæ sit ἡμερος καὶ  
 πησος καὶ ἀγλαῖος. Signum erat, inquit Beda, conferenda  
 vobis in baptismo gratia spiritualis: Quibus in peccatorum re-  
 missionem ex aquâ & Spiritu regeneratis, amplior ejusdem Spi-  
 ritus gratia per impositionem manus Episcopi solet calitus dari &c.  
 Theophylactus in Luc. 3. p. 86. Descendit, dicit, Spiritus in  
 Jesum, ut ex hoc discamus, quod & in nos, cum baptizamur, San-  
 ctus descendat Spiritus &c. Ut disceres, ait D. Chrysotho-  
 mus homil. 12. in Matth. quoniam super Te quoque, cum sacro di-  
 lueris fonte, Sanctus Spiritus veniat &c. Ut per descensum CO-  
 LUMBÆ, elegans Hieronymi est effatum, Spiritus S. adventus  
 in baptismo fidelium significaretur. Descendit, (Jausseii sunt



verba in Tetrateucho) *Spiritus S. sicut COLUMBA, non quod Christum tunc tantum inhabitare ceperit, qui eo semper plenus fuit: sed ut eo symbolo presentia Spiritus S. in Christo & in baptismo fidelium significaretur; Per COLUMBAM autem ad exprimendas proprietates COLUMBINAS ipsius Spiritus Sancti, quas in Christo & baptizatis operatur.*

§. 31. Illustre vero ex hoc Augustissimo Baptismi Servatoris Actu elucet argumentum patefactionis Adorandæ Trinitatis, dum personæ Deitatis distinctâ quadam ratione *ἰσθαλμοφανερῶς* se manifestant. Astat quippe ad Jordanem in sanctissimâ carne seu humanitate suâ Filius; Spiritus Sanctus maxima Baptismi beneficia tanquam arrhabone, inter DEUM & nos ob signaturus COLUMBÆ descendit specie; Pater tanquam verbi genitor sonat in magnificentissimâ voce cœlitus delatâ: Hic est Filius meus, in quo mihi complacitum est. Utrumque symbolum alterius significationem apprimè juvat: Vox quidem, indicando quid sibi vellet COLUMBA; COLUMBA verò ad quem spectaret vox: unum oculis, alterum auribus, ut Filius DEI auditu conspectuque monstraretur, quia fide dignissimus, qui audit & vidit. Pater est, qui docet & instruit, Filius, qui arcana Dei nobis revelat & aperit, Spiritus Sanctus, qui nos replet & imbuit. A Patre potentiam, à Filio sapientiam, à Spiritu S. accipimus innocentiam. Pater eligit, Filius diligit, Spiritus S. conjungit & unit. A Patre nobis datur Æternitas, à Filio imaginis ejus conformitas, à Spiritu S. integritas & libertas. In Patre *ἔσμεν* sumus, in Filio *ζῶμεν* vivimus, in Spiritu S. *κινῆμεθα* movemur & proficimus *Act. 17. 28.* Pater dat *πρὸ πάντων*, Filius *ζῶν*, Spiritus S. *πνεῦμα* *verf. 25.* Hæc ergo nobis celebranda sunt mysteria, quibus innuitur, in nomine Patris, Filii & Spiritus Sancti credentes esse baptizandos, ipsum autem Sanctum Spiritum quam maximè esse occu-



occupatum circa hoc Lavacrum Regenerationis; unde sic  
illud *ἀετὸν παλιγγενεσίας, καὶ Ἀνακαινώσεως πνεύματος ἁγίου.*  
Tit. 3. 5.

§. 32. Ceterum ne terminum calcis ignoret, aut spa-  
cio transmeet praesens haec dissertatio, paucis hisce ac sin-  
gulis, qua licuit brevitate expeditis, colophonem huius  
Disquisitioni imponimus. Sufficiat *ἀρκούνυχα ἰχθία* tantum  
per summa fixisse Argumenti capita, doctioribusque ac pe-  
ritioribus ulterius de his cogitandi aliquam subministrasse  
ansam. Reliqua, quae circa praesens institutum proponi  
merebantur, cum prima huc contingere nequeat naviga-  
tio, *δωτερον πλεον* adhibitori sequentibus reservabimus Dia-  
tribis; Quod enim non invenuto aliis Rabbinis dicitur  
diverbio: *היריעה חזרה קטנה מהכיל אותם והמעצ*  
*קצר מהשתרע* *Cortina praesens minor est, quam ut com-*  
*prehendat ea, & stratum nimis exiguum potius, quam ut redun-*  
*det.* In meliorem ergo differenda sunt ista commoda-  
tis articulum, ubi feliciores conatibus nostris suc-  
cessus Divina Numinis indulserit  
clementia.

כריך עלאה על מתן חולה אל הא אנדחא

*Ad Praestantissimum & Eruditissimum*  
**DOMINUM RESPONDENTEM**  
*de*  
**COLUMBA**  
in **BAPTISMO CHRISTI,**

**C**um pura Jordanis aqua se mergeret, atq;  
Contactu cunctas sanctificaret aquas  
Qui Dominus, qui Rex Regum, mundiq; creator  
Aequus summo Filius ipse Patri

Inio-



(a) Deut. 18. 15.

Intonuit Pater omnipotens: HIC FILIUS, hic est  
Natus, delector cujus amore parens,  
Hunc audire decet majorem Mose Prophetam (a)  
Ad superas arces hic Via, Vita, salus  
Nec mora, dum liquidis JESUS enititur undis  
Flagrantiq; Deo signa precantis habet  
Panditur ex templo domus Omnipotentis Olympi  
Flaminis effigies blanda columba sacri  
Aera per tacitum radens pernicipibus alis  
Supra ter Sanctum constitit illa caput  
Signavitq; DEUM, qui tingit flamine sancto  
Cujus, baptismi, sanguine lymphæ rubet  
Sic sunt Jordanis spectacula Numine plena  
Nec mage conspicuus trinus in orbe Deus  
Ex quibus illa tibi niveis argentea pennis  
Materies palma pulchra Columba venit  
Quas vel (a) Homerus habet, vel quas Maro, mitte Co-  
lumbas  
Non illis pretium conciliabit avis.  
Una tibi placeat, sed flamine plena, Columba  
Hæc ubi, nil rapidi vulturis oranocent  
Non illi, quamvis volucres agitare minores  
Audeat, accipiter bella movere potest.  
En tibi iam sacra ramos pratendit olive  
Que quondam pacis signa columba tulit.  
Sit felix! vivas sub defensore Columbâ!  
Ledere, si teget hæc, nulla valebit avis.  
Et cen nulla petunt, nisi candida tecta Columbae  
In tibi sic veniat candida corda DEUS!  
Honori & amori Juvenis floridissimi, Amici  
jucundissimi L. M. Q.  
AUGUSTUS VARENIUS.

(a) Hom. Iliad. ¶  
circa finem inter cer-  
tamina Grec.  
refert, quod  
malo in areâ posito,  
columba que supernæ  
funiculo alligatâ hæc  
lege jaculati in illam  
sagittas fuerint, ut  
qui ipsam colum-  
bam feriisset, colle-  
ret bipennes: qui  
tantum funiculû, se-  
cures, quorum poste-  
rius in illo agone ad  
funus Patrocli cesserit  
Teucro, prius Me-  
rioni. Idem de suis  
Heroibus Virgil. l. 5.  
Aen. unde & Batabis  
& aliis Germanis mos  
antiquus scitios è  
ligno alites, Psitacos  
præcipue, altissimis  
perticis s. malis impo-  
sitos, sive sagittis sive  
sclopetis impetendi,  
dejiciendiq;.

\*\*\*



















occupatum circa hoc Lavacrum Re  
illud λέγον παλιγγενεσίας, καὶ Λαβα  
Tit. 3. 5.

§. 32. Ceterum ne terminum  
cio transmeat praesens haec dissertati  
gulis, qua licuit brevitate expediti  
Disquisitioni imponimus. Sufficiat  
per summa fixisse Argumenti capita,  
rioribus ulterius de his cogitandi a  
ansam. Reliqua, quae circa praesent  
merebantur, cum prima huc contin  
tio, δεύτερον πλὴν adhibitori sequenti  
tribis; Quod enim non invenuto  
diverbio: מהכיל אותם המצע קצר מהשתרע

*Cortina praesens minor  
prehendat ea, & stratum nimis exiguum  
dei. In meliorem ergo differenda s  
tis articulum, ubi feliciores con  
cessus Divina Numinis i  
clementia.*

על מתי חילה אל הא אנחת



*Ad Praestantissimum & Erud*  
**DOMINUM RESPON**  
*de*  
**COLUMB**  
*in BAPTISMO CH*

**C**um pura Jordanis aqua se mergeret  
Contactu cunctas sanctificaret aqua  
Qui Dominus, qui Rex Regum, mundi q  
Aequaeus summo Filius ipse Patri

is, unde sit  
ματος αγιο.

et, aut spa  
hisce ac sin  
onem huic  
via tantum  
sque ac pe  
ministrasse  
m proponi  
eat naviga  
oimus Dia  
nis dicitur  
היריעו

ut com  
ur redun  
modita  
s suc-

EM

Ino-

